9 (49)

~ PAVLVS PP. III ~

Dilecte fili salutem et ap(osto)licam ben(edictionem). Vidimus electionem dilectorum filiorum Priorum et universitatis Terrae n(ost)rae Aquependentis de persona tua in eorum Pretorem factam. Quare sperantes q(uo)d ea quae tibi commiserimus iuste et diligenter exequeris, Te eiusdem Terrae Pretorem cum Iurisdictione auctoritate, facultatibus, salario, emolumentis, ceterisq(ue) honoribus et oneribus solitis et consuetis ad sex menses post finitum tempus dilecti filij Sancti de Sacchis p(rese)ntis dictae Terrae Pretoris inchoandos facimus et deputamus per p(rese)ntes. Mandantes eisdem Prioribus et communitati, ut te in eorum Pretorem iuxta tenorem p(rese)ntium recipiant, tibiq(ue) pareant faveant et assistant, et ad quos spectat ut de salario debito tibi suo tempore respondeant, contrarijs non obstantib(us) quibuscunq(ue). Volumus autem q(uo)d antequam huiusmodi officio adeas de illud iuste et diligenter exercendo, ac de non recipiendo aliquod genus muneris praeter esculenta et poculenta quae triduo consumi possint iuxta formam Iuris communis. In manibus dilecti filij Guidonis Ascanij sanctorum Viti et Modesti Diaconi Car(dina)lis n(ost)ri et sanctae Roman(ae) eccl(es)iae Camerarij Iuramentum praestes. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV Novembris M. D. XXXVIIII. Pont. n(ost)ri Anno Sexto.

Die xiij. X^bris M. D. XXXIX. D. Guillermus Grossi p(rese)ns &c In manibus suprascripti Ill(ustrissi)mi et R(everendissi)mi D. Car(dina)lis et Camerarij et in anima S(anctissi)mi D. Cesaris iuravit &c

F. Electus Fulg.

Val: de Spoleto

Dilecto filio Cæsari Maratino Terre nře Aque
pendentis Pretori

ARCHIVIO STORICO · ACQUAPENDENTE ·